

M. grande C. Koch; Caulis simplex ex parte superiori paniculatus (nec racemosus), hispidissimus, Folia in carina hispida, inferiora maxima ex basi lata cordata amplexicaulia, subpinnatifida; lacinia suprema, deltoidea, subhastata, laciniis lateralibus duabus aut quatuor angustioribus; Bracteae longae in phylla anthodii transientes; Pappus albidus. *M. cacalifolio* DC. proximum sed major et pappo minime sordide flavido facile distinguendum. *M. macrophyllum* DC. simile, sed lacinias supremas oblongo-cordatas habet. In Cartalinia et Armenia boreali.

β. glabrum. Solum differt panicula glaberrima, sed bracteae in carina hispidae sunt.

746. *Mulgedium petiolatum* C. Koch; Corymbus et nervus intermedius paginae inferioris foliorum hispidus, ceterum glabrum. Folia omnia petiolata, cordato-hastata, sinuato-dentata; Petiolus ex basi vaginans, interdum medius duabus laciniis parvis oppositis aut dentibus instructus; Pappus sordide flavescens, pluriserialis. In alpinis caucasicis et in Nakerala abundat. *M. cacalifolio* DC. proximum, sed longe diversum.

747. *Mulgedium prenanthoides* DC. In Radscha altiori.

748. *Mulgedium alpinum* Less. In Georgia.

L. CAMPANULEAE.

749. *Campanula Adami* M. B. In Armenia.

750. *Campanula Biebersteiniana* R. et S. In Ossia.

751. *Campanula lamifolia* M. B. In Ossia et Imerethia.

752. *Campanula sibirica* L. In tractu cercetico Kabardah et in Armenia boreali.

753. *Campanula caucasica* M. B. In Ossia et Radscha.

754. *Campanula latifolia* L. In Armenia.

755. *Campanula eriocarpa* M. B. In Armenia boreali.